



Universitätsbibliothek Paderborn

**Homiliae Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr.
Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ
Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF.
Prædicatorum**

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.15. Vt significet Deus quod in SS. Sacramento nostris semper subueniret necessitatibus, decreuit vt panes propositionis semper coram eo collocarentur; fuerunt enim eius figura, & velut memoriam eius ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53084](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53084)

§. 15. *Ut significaret Deus quod in SS. Sacramento nostris semper subveniret necessitatibus, decrevit ut panes propositionis semper coram eo collocarentur: fuerunt enim eius figura, & velut memoriam eius ad hunc effectum excitantes.*

Dicti sunt panes illi propositionis, *Panes facies* ut diximus: quia statuit Deus ut semper in conspectu suo velut oculis suis obijcerentur, & Oculaster rationem explorans huius præcepti cur semper in mensa & in templo servaretur coram Deo, ait: ut semper quasi nostræ memor foret necessitatis, & per hoc ostenderet quam paratus esset, & quam ad manum haberet paratum nostræ necessitati remedium: eo modo quo mater piissima cui nota est filiorum necessitas: nam ut illi subveniat requiritur ut panes illis abundanter administret, mādāt ut multus illi panis offeratur, quatenus illum coram se habens facillime & abundantissime possit eorum necessitati subvenire, eisque satisfacere. Hoc idem Deus instimat: cum enim per specula sit illi perpetua nostra necessitas eique compatiatur, ut illi opuletur & abundanter nobis succurrat, ita ut nostro satisfactum sit appetitui, semper præsentem sibi vult hunc panem, quo declarat quam paratus sit sanare nobis atque de necessarijs providere non miserè, non avarè, sed abundantissime, cum semper præsentem habeat sibi panem totale remedium extremæ nostræ necessitati, sic ut nunquam nobis deficiat, quandoquidem nolit ut vel momento temporis à sua tollatur præsentia.

Iam exposuimus qualiter panes illi propositionis: vel *panes faciemus* figura fuerint SS. Sacramenti, & quasi declarando quod cum illo Deus subvenire velit omnibus nostris necessitatibus, statuerit ut illud quod figura eius esse debebat, declararet dispositionem & promptitudinem qua nobis in illis succurreret, illum semper habendo nobiscum, seque nobis in illo exhibendo sub specie cibi, quia per illud nobis dicere voluit: quandoquidem illum in ipso habeamus, notum nobis esset, qua promptitudine calamitatibus nostris prospiceret, quandoquidem in illis panibus huius Divini figura nobis asserere voluerit qua promptitudine, de remedio no-

bis prouideret, & hoc non ad unum aut alterum diem, non ad unum aut alterum annum, sed *ut que ad consummationem seculi: deinde quod tanta foret subsidij copia nobis tribuenda, quam declarabat extenta continuatio qua precipiebat panes illos in conspectu suo conuendos: in qua cognoscendo totus quis Christus sub speciebus laei & sacramentalibus, assuetum nosceremus qua nobis in hoc SS. succurrat Sacramento.*

Hinc declarat D. Cyprian. verba illa in quibus nos Christus docuit à Deo petere panem nostrum quotidianum, de SS. Sacramento accepit hic esse panem quotidie nobis à Deo flagrandum: *nam nostrum quotidianum de nobis nobis.* Partim ut declarat cum sit quotidianus illaque quotidie nobis præbeat, euidens esse figuram quod Deus illum habeat coram se vberissimum, quo nobis superestruerit consular & necessitati nostræ subveniat: partim quia videntes quod nunquam quotidianus illi deficiat, nequam timentus, nobis defuturum ubi dicitur dicitur namque potest alie ius rei detinere subsidium, quam semper videmus perfectam em & tunc momento deficientem. Placet eius audire verba, *Panis vitæ, Christus est & panis hic unus non est, sed noster est. Et quomodo dicitur panis noster? Quia intelligentium & credentium vitæ est, & sic panem nostrum vocamus, quia Christus noster (qui corpus eius comimus), unus est. Hic panis vitæ nostræ alimentum quod ut tale nobis quotidie Deus porrigit, qua de causa dicitur quotidianus, est Christus Dominus noster sub his speciebus panis, cumque Christus vitæ sit Ego sum vitæ veritatis & vitæ, idcirco dicitur panis vitæ.*

Tantum hic adverte panem hunc non esse omnium, quia panis noster solummodo est, panis fidelium filiorum Dei: & ita dicitur quod Deus, à quo panem hunc efflagramus, sit Deus noster: quia Deus Pater est fidelium, & tantum illis seruatur hic vitæ panis, qui cum fide, quod hic sit Christus, eum recipiens: illi namque soli capere Dei vitæ possunt quæ in illo ipsi tribuitur. Et hunc à Deo quotidie petimus, quo significamus quod sicut quotidie confectum ne egeremus propriæ vitæ spiritualis, & nullus ut hunc panis Divinus illi potest perfecte satisfacere, ita necesse est ut illi quotidie postulemus, ut dicit nobis Deo quotidie, in illo omnem vitam securitatem. Et sicut ad vitam necessarium est ut non diu suspendatur alimentum sanis & tunc ordin-

52
In c. 25.
Exod.
F.
Cur panes propositionis coram Deo semper collocarentur.

edignitatem, ita similiter indicat nobis Christus quod ad vitam spiritualem, vitamque Dei, multum non sit differendus accessus ad illum sub specie panis & vini, illum scilicet in sacra Communione recipiendo; quia hoc modo certius nobis asserimus vitam spiritualem gratia Dei illam nutritis: quandoquidem in illo Christus possessione exhibeat vitæ æternæ illi recipienti: Si quis manducauerit ex hoc pane viuet in æternum: sicut similiter vult ut sibi certam timeat mortem qui illum non receperit: Nisi manducauerit carnem filij hominis, & biberit eius sanguinem, non habebit vitam in vobis.

III. Vnde ut intelligeremus quomodo Divino hoc pane perseueraret perpetuis nostris necessitatibus remedium & quotidie i que abundantanter nobis spirituale nostrum in eo ligetur alimentum, decemur ut in templo in conspectu suo semper panes illi seruetur, mirabile eius symbolum: si namque in eo quod figura tantum eius fuit, voluerit Deus tantum monstrare banum, tantumque, quantum posset, nostræ succurrere necessitati, ut certum habeat quod in figurato tantæ excellentiæ, tantæque bonorum abundantia prærogatiuis ornato, certorem in illo cognoscere debeamus securitatem quoad nostræ vitæ confirmationem: cum ex nulla alia re possimus nobis satisfacere quam de summa Dei liberalitate nobis in necessitatibus hic auxiliantis dum se nobis præbet sub speciebus cibi corporalis.

IV. Experta est sponsa SS. (personam referens animæ Christi in Eucharistia summentis) ubertatem & magnitudinem bonorum quæ illi in ipsa communicat, cuiusque iudicaret quod esse non posset minor hæc bonorum abundantia, quam Regis digna potestate, qui cum omnibus quæ possidet iuotum subuenit necessitatibus: sponsum suum titulo honorat Regis, quando ab eo se fatetur in deliciis eius introductam esse cellam: Introduxit me Rex in cellaria sua. D. Ambros. Sustinet quod loquatur de SS. Sacramento, & de affluentia qua Deus in illo eius medetur necessitatibus: vnde legit: Introduxit me Rex in cubiculum suum. In Greco habetur: In promptuariis suis & in cellariis suis, hic tanque anima omnem repetit affluentiam in omni genere bonorum, delicias, ienimenta, consolationem, situitatem, donorumque eius gustum optatissimum: est enim velut abundans promptuarium, in quo velut in proprio throno & maiestatis suæ Palatio, cunctis manibus ac perfecta liberalitate promptoque animo Deus

animæ, in quibuslibet eius adest necessitatibus auxiliator.

Norat Origenes quod sponsa hoc loco titulu Regis ascribat sponso, licet in multis occasionibus alijs via fuisset terminis quibus suum de sponso exprimeret: indicium illum appellans fratrem suum, dilectum suum, aliaque, nomina maioris affectus indicia: quoniam cum in toto Lib. Cant. agat Spiritus S, de mutuo amore Dei cum anima, in persona Salomonis, & amor non admodum erat titulus maiestatis, & ideo noluit Cantica præferbere Regem Salomonem, sed tantum dixerit: Cantica Cantarum Salomonis: Sicut fecit in duobus libris Procehorum & Ecclesiastes, quod D. Bernard. Lugemose notat: Vbi Rex cum amore coniugitur, nullum proprium vel leuissimum signum timoris aut maiestatis exhibendum. Quomodo ergo sponsa legem hanc hic non obseruat, sed non obstante amoris sui prosecutione nomen illi ascribit Regis, nomen inquam maiestatis? Ut declaret quod, cum ageret de bonis immensis quibus ab illo cumulabatur, de donorum affluentia, quibus ex dono eius affluabat, & de summa magnitudine qua vita suæ spiritualis alimentum illi suggererat in SS. Sacramento, quod in qua esse non posset de inferiori iuan Regis potentissimi & dirissimi magnitudine copia illa immensa tantarum diuitiarum quibus illam ditabat in SS Sacramento, infinitam suam ostentans liberalitatem, quoad ubertatem eorum omnium quæ sibi inueniebat in illo Regali promptuario, in quo Deus ad omnipotentiam suæ & supremæ maiestatis ostensionem, bona continet quæcumque & thesauros omnes comprehendi possibiles, quos omnes animæ consignat ut proprios, dato quod se ipsum tradat: in quo palam fit quanto excessu Deus hic adite nobis quæ necessaria sunt ad ministrans: Proprietaria (ait Origenes) Regem hic nominat eum qui alias vel dilectus, vel fraternus, vel alio nomine nuncupari solet, ut ostenderet per hoc nomen prædixit cubiculum utpote Regium immensis opibus repletum quibus scilicet repleri, dicitur, & in bruium potest ac solei anima, quæ à Divino Rege invitata in illud introducitur.

Inquirunt SS. Doctores causam cur Christus Dominus a tate adeo tenera tranfertur voluerit in Ægyptum: quæ andoquidem, sicut alias se Guius à morte liberauerat: quia nondum venerat hora: figura eius potuisset & tunc eadem facilitate non se fecit quod cecidit in Ægyptum se de manibus eripere Regis Herodis, mortemque euadere, cum nec scriptum tumuliter gerit.

Ho. 1. & 4 in Cant.

D. B. R. N. Ser. sup. Cant. & 83.

V. Ut declaret bonorum illius in SS. Sacramento affluentiam.

Origo.

VI.

IV. Hæcico sponsam nominat Regem.

Cont. 1. lib. 6. de Sacram. ca.

milite hora eius venisset. Et huius occasione singulari inquirunt rationem cur illo fuerit quandoquidem constat quod non sine pregrandi & singulari mysterio in Aegyptum transfugerit. Stupenda plane proferunt eiusque declarationi congrua. Sed ratio: D. Leonis Pontificis nostro congruit proposito, nimirum quod sicut

Serm. 3. de Epiph. c. 3. in Aegypto Patriarcha Ioseph tanta prudentia

VII. Atque ut alter Ioseph nostri subueniret.

extrema fame laboranti mundo succurreret, omnia Aegypti horrea copia replens tritici vberissima, qua populum a fame vendicaret & consequenter a morte illi imminente, sicut de facto illum asseruit, patem illi subrogans abundantissime quo sibi consulerent. Ita Christus verus Ioseph in priori praesignatus, ut affluentiam declararet copiosissimam, qua nostras omnes suppleret necessitates animae ministrans alimentum abundans, nosque per illud a morte liberans spiritali, quae mortem minabatur vitae gratiae, in SS. Sacramento pane Divino de caelo in hunc finem concessio: ut hoc declararet in primis vitae suae signis, primisque gressibus, quibus mundum perambulans, rediit in Aegyptum, quo nobis constat quod non minori abundantia quam Ioseph fami nostrae subueniret, nostrae auxiliaretur necessitati vitamque assereret, tribuens nobis ad hoc in tritico illo & pane caelesti omnium bonorum suorum vberitatem: *Is qui primum subtraus fuerat in Ioseph quando Aegypti fami per panis custodiam occurrit, voluit prima suam aetate sua demonstrare se enim panem esse, & sic cum eum cibum a ferre qui omnem penuriam aboleret faciat asserere, a nobis inducat abundantiam, & bonorum omnium copiam offerat.*

Manifestum est quod qui veniebat sanguinem suum pro mundi redemptione in aetate perfecta profuturus, declararet recessu suo in Aegyptum ministerio parentum suorum in aetate adhuc teneriori, abundantiam qua nostrae subueniret fami ac necessitati, remanens sub specie panis, maiori multo copia ac magnitudine quam olim Ioseph Aegyptum subleuauerat recondita tanta tritici abundantia. Sic argumentatur D. Leo: *Qui sanguinem suum pro mundi redemptione fundendum in aliam differret aetatem,*

VIII. Ita D. Leo conchidit.

Aegypto se parentum ministerio subuectus intulit, reperens sicut Hebraea gentis amicum cubicula, Principatum veri Ioseph, maiore prudentia potestate disponem, ut illam diuitem omni inedia famem, qua Aegyptiorum mentes veritatis inopia laborabant, veniens de caelo panis vitae, & cibis rationis auferret, nec sine illa regione pararetur singu-

*laris hostia Sacra, in qua primum uersum Aegypti saluiferum Crucis signum & Pascha Domini fuerat praeformatum. Et ad memoriam reuocatur Hebraeis alimentum sufficiens panis ex prudentissimo Principis Ioseph Regimine, quo nobis copulat proficiscendo in Aegyptum, quod magis longe vberitate nostrae prouideret necessitati, panis caelesti, sub cuius specie nobiscum maneret, quandoquidem existens vitae huiusmodi in omnibus constantibus assereret, qui illum repperissent: cumque esset cibis rationalis iuxta illud D. Petri: *Laet rationabile: manens intellectum nutrimentum, ignorantiae tenebras effugaret, animamque diuitijs repleret caelestibus: quatenus omnigenis suffulta remedijs perfectius proderet quam Aegyptus ex recondita per Ioseph panis abundantia: unde verus noster Ioseph Christus Dominus in primis gressibus in mundo datus proficiscitur in Aegyptum, in signum quod Ecclesiae sanctae ciuius id est fidelium paucitudo ministraret Diuinum in quo possent famem ledere honorum satietate quae in illo gultaret, & simul certius vitae possessionem assequeretur: cum enim sit panis vitae, & non nisi aetate liquet quod confirmare nos possit in illa una qua maxime indigemus ad maiorem usum salutem, & quod subueniendo fami, quae terretur morte huius vitae, prouidentia & satietate quae totum nostrum expleat appetitum: nihil sit quod hoc Diuino Panis pastos nos priuare possit bono vitae illius quae maxime nobis est necessaria.**

Duo maxime necessaria iudicantur hominibus aetate vitae qua fruantur conseruationem. Primum est Deus quo praesente vitam sibi adeo securam Diuinitas polliciti sunt, ut se perditos semper sicut adhaerent bonis ex viis discessurita ut ipsi gentiles, licet verum noster Deum non cognouerint, hoc tamen sibi pericula tribus seruit quod seculo illo conseruati non possunt a peccato nec certam vitae suae habere possessionem, & quamuis verum sit quod errant in deliquit. Primum vero Deo, tamen hoc conclusimus, licet perire Barbari quod sine Deo qualiscumque ille esset, et impossibile foret seipsum sustinere: unde procurrerant, quo necessitati consulerent, qua Deum habere tenebantur, cum sibi illo modo adhaerere quo illis erat possibile. Unde de hoc ait Irenaeus, ne Deus eorum excederet rebus, conati sunt in illis idolum eos firmare quod ut Deum suum adorabant, cogitantes illud clausi trabalibus: *Conspiciuntur autem cum clausi ut non mouerentur. Quo facto patentes declarantur optime sibi notum, Deum esse.*

esse qui ipsos de extremis posset necessitatibus eripere, vitamque illis seruate incoluimem: quandoquidem in confusione cunctaque mala tauerint, si Deus eorum adibus excederet.

XI. Filij Israel in deserto gradientes solo Aaron comite murmurant, quia Moyses montis verticem ascenderat cum Deo familiariter adurus, nec moram seruant nimis longam qua Moyses redire procastinabat, vellet eorum iam inmemor: vnde sibi mortem formidant infallibilem: verum tamen in se reuerfi scientes quod de presenti afflictione solus Deus eos posset liberare, eorum necessitati remedium exhibens, ad Aaron confugiunt, aiuntque: Domine mi hoc tibi notum sit fratrem tuum Moysen omnem nostri abieciisse memoriam, vnde nos desertis palam est quod spem omnem vitæ nobis ademerit: quocirca tu nobis succurre idque Deos nobis dando auxiliares: seclusis enim illis certus nos manet interitus: *Fat nobis Deos qui nos praecedant*: quos si nobis dederit securi sumus, nec illa nos de vita sollicitudo torquabit: de quibus alio loco latius.

XII. Secundum hominibus maxime necessarium ad vitæ fulcrum panem esse indicatur. Aperte satis hæc veritas probatur ex eo quod narrat Spiritus S. de Aegyptijs: dum enim tempus adfuit sterilitatis famisque septennalis, quam Ioseph illis rationatus fuerat, in septem illis vaccis spicisque aridis, quas Pharaon viderat, vt vitam sibi vitam conseruarent hoc in primis conati sunt vt sibi de pane prospicerent: idque adeo diligenter executi sunt vt nihil illi anteposuerint, sibi persuadentes licet omnia bona, diuitias & thesauros haberent imaginabiles, si tamen illis panis desisset, quantumvis prædicta illis superpetere, se nihilominus inter mortuos iudicaret, quo declararunt solum panem eorum posse satiare famem, & grauis licet eos premeret necessitas, si panis sufficiens illis esset, non erat cur tantopere tristerentur: vnde non tanti fecerant thesauros, facultates, imo & libertatem, quanti solum panem: quandoquidem pro eo tantum habendo cetera tradiderunt, cum sine illis viuere possent sine pane vero nequaquam: *Dederunt pretiosa quaque pro cibo ad resocilandum animæ: itaque ea quæ maxime pretiosa habebant vt ostenderent quanti facerent locum illud quod ex pane sibi pollicebantur, vilipenderunt: cum illa dederint vt pretium panis ad vitæ sustentationem: vt enim dicit Salomon: *Inisimæ id est fundamentum vitæ hominis panis sine quo non**

XIII. Probatur in Aegyptijs. *Thre. 1. 11*

Est. 19. 14

potest seruitura vita erigi.

Quinimo proverbium est apud nos, omnes dolores esse bonos cum pane, id est licet nos afflictos lugeamus cunctaque nos opprimant mala, si tamen panem habeamus quo illis resistamus, non erunt mala absolute, sed aliquid boni habebunt, quo significatur, si panis nobis sit sufficiens ad vitæ conseruationem, non posse absolute nobis esse mala, quæcumque se nostris opponunt commodis: etenim per vitam omnia vincimus & vincemus si panem habeamus quo vita sustentetur. Itaque Deus & panis nobis maxime sunt necessarii ad vitæ fulcrum. Porro si inquiramus vtro eorum magis indigemus qui nostræ subueniat necessitati, fatentur omnes Deum præminere: quamuis enim panis absolute sit necessarius qui nostram exsatiat famem vitamque conseruet, attamen si Diuinam suam Deus manum apposuerit, sine illo viuere nobis est possibile: quia *Non in solo*

panis viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei: Porro sine Deo viuere clamant omnes impossibile: In ipso viuimus mouemur & sumus. *Esse vita, motus, & quidquid in nobis est ab eius dependet manu: ita vt si vel semel illam subtraxerit, quidquid in nobis est ad nihilum redigetur: Avertens autem te faciem, turbabuntur, & in puluerem suum reuertentur.* Si Deus a nobis vel vultu auertat, nec esse nec viuere nobis sperandum, sed certo sciendum nos in idem nihil reuocandos ex quo producti sumus. Quæ cum ita sint, tamen meo iudicio magis panem quàm Deo fidimus: quandoquidem panem habentes Dei non recordemur: *Ingratus est dilectus & recalcitrauit, dereliquit Deum factorem suum.* *Ho. 29.* mo si panem habeat & vitæ necessaria, desiderio suo satisfaciat, famemque satiet qua languet, ilico terga vertit Deo.

XV. Vt igitur homo in vno eodemque subiecto satietatem assequatur & bonorum cumulum vitæ suæ necessarium, vt ob vnum non cogatur relinquere alterum, atque ea gaudeat affluentia quam sibi indicaret necessariam ne propter panis satietatem deberet Deo terga vertere: iudicet Christus Dominus SS. instituit Sacramentum in quo sub speciebus cibi ac potus seipsum homini communicat vt omnimode eius prouideat necessitati perfecteque fami prospiciat, quo vitam suam seruet perpetuam, dum Deum habet vt auctorem eius & conseruatorem: similiter & panem hunc celestem, quasi qui illum habeat sub illis accidentibus quæ nostris sensibus offerunt.